

ill^m Dnum Comitem Albertum de Carpo Cesaree Maiestatis oratorem, quem personaliter in eius domo repertum nomine dicti Dni R. constituentis requisiverunt, ut contentaretur promittere S. D. N. verbis et vice Cesaree M^{tis}, quod prefatus R. constituens servabit promissa per eum S. D. N. facta et quod dicta Cesarea M^{tas} infra quatrimestre hoc idem ratificet etc. Qui D^{nus} Albertus orator sic ut premittitur requisitus nomine sui principis promisit S. D. N. et nobis notariis etc... Rome in domo solite habitationis dom. Jo. Ant^o Austone Carpen. nullius dioc. et Angelo Saccazzino laico Carpen. testibus etc.

Die XVI. julii.

Dicti procuratores... adiverunt r^{dum} patrem D. Petrum de Orrea episcopum Siracusanum oratorem Catholici regis Hispaniarum, quem similiter requisiverunt ut supra etc. Qui... promisit... hac tamen conditione adiuncta, quod dom. Hieronimus Vich collega suus ratificet suam huiusmodi promissionem... presentibus D^{no} Laurentio... [sic] prothonotario Licien. et Paulo Blondo testibus etc.

Successive... adiverunt d^m Hieronimum Vich, qui... ratificavit et approbavit...

Eadem die.

Deinde... adiverunt mag^{cum} D^m N. [sic] oratorem regis Portugallie... Qui promisit... [similmente].

Dicta die.

Postremo... adiverunt.. r^{dum} patrem D. N. [sic] episcopum Vigornien. oratorem seren^{mi} regis Anglie... [similmente].

Dicta die.

Dicti procuratores adiverunt... r^{dum} card^{lem} Surrentinum qui promisit prout in dicto capitulo continetur cum conditione, quod hoc idem alii cardinales promittant.

Dicta die.

Adiverunt rev. dom. cardinalem de Flisco... card^{lem} s^{te} crucis..., card^{lem} de Medicis..., card^{lem} Cibo..., card^{lem} sanctorum quattuor..., card^{lem} Anthonitan..., card^{lem} Grimanum..., card^{lem} de Grassis..., card^{lem} Agennen.

Infrascripta sunt capitula et conventiones ineundae inter S^m D. N. et d^{num} Raphaellem de Riario olim card^{lem} S^{ti} Georgii, quorum tenor sequitur et est talis.

Licet nuper tam ex propriis confessionibus Raphaelis de Riario presbyteri Saonen. tunc episcopi Ostien. card^{lis} S^{ti} Georgii, quam etiam ex aliis legitimis probationibus et processu contra eum factis et formatis plene constiterit per eum nonnulla excessus et crimina privatione digna perpetrata fuisse ac S. D. N. Leo divina providentia papa decimus in suo concistorio secreto (ut moris est) eundem R. per suam diffinitivam sententiam de fratrum consilio et assensu latam dignitate, honore, auctoritate et galero cardineo ac titulo, insigniis et privilegiis voceque activa et passiva omnibusque et singulis cathe-